Series Concilii Basiliensis

In nomine sancte et individue trinitatis feliciter amen. Censetur utique dignum et congruum prout id singulariter exposcit nimium labilis hominum memoria ut ea que per sacrorum generalium conciliorum sanctiones ad dei laudem et communem reipublice utilitatem fore noscuntur instituta illa debite scripture commendentur ut per hanc iugiter eorum etiam ad posteros transeat recordacio. Hinc est igitur quod in subscriptis continentur et sunt de verbo ad verbum inserta decreta constituciones acta et ordinaciones ceteraque gesta in sacro Basiliensi concilio presidente in eodem auctoritate apostolica reverendissimo in Christo patre domino Juliano miseracione divina sacrosancte Romane ecclesie sancti angeli dyacono cardinali apostolice sedis legato collecta visa et ordinata per nos prothonotarios notarios et scribas infrascriptos ad id per dictum dominum presidentem sacro eodem approbante concilio deputatos sub annis indictionibus diebus horis mensibus et pontificatu inferius annotatis et descriptis.

Anno siquidem a nativitate domini Millesimoquadringentesimotricesimoprimo Indictione nona die autem veneris septima mensis decembris pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri Eugenii divina providencia pape quarti anno primo prefato reverendissimo patre domino cardinali presidente et legato iam per menses aliquot in civitate Basiliensi nacionis Germanice provincie Bisuntinensis pro dicti generalis concilii adiuvante domino congregacione et celebracione iuxta vim mandati apostolici alias super hoc sibi directi et infra plenius insertum legittime faciendi personaliter existente. Convocatis itaque iam pridem dicta auctoritate huius rei causa ad dictam civitatem Basiliensem de diversis mundi partibus pluribus dominis prelatis necnon personis aliis et viris ecclesiasticis qui de iure vel consuetudine ad concilium generale venire tenentur ac etiam quamplurimis aliis ad dictum concilium vocatis eisque cum dicto domino presidente legato in certa aula domus ecclesie sancti Leonardi Basiliensis in qua soliti sunt pro consiliis tenendis in unum convenire ad hoc specialiter congregatis unanimiter eorum unito consensu extitit ordinatum et decretum primam dicti generalis concilii Basiliensis sessionem tenendam fore auctore domino atque celebrandam die veneris extunc proxime secutura quartodecima predicti mensis decembris in ecclesia cathedrali Basiliensi prout in cedula cuius tenor inferius primo loco describitur plenius continetur quam cedulam in multis duplicatam et transcriptam iussit idem dominus presidens ob dicte prime sessionis publicacionem faciendam in pluribus dicte civitatis ecclesiarum valvis affigi pariter et apponi cuius tenor sequitur et est talis. 1431 Eugenio pp 4

Ad laudem omnipotentis dei exaltacionemque fidei catholice necnon tranquillitatem et pacem totius christianitatis reformacionem quoque universalis ecclesie ac populi christiani Ex parte reverendissimi in Christo patris et domini domini Juliani miseracione divina sacrosancte Romane ecclesie sancti angeli dyaconi cardinalis in presenti generali concilio Basiliensi auctoritate apostolica presidentis specialiter deputati approbacione dicti sacri generalis concilii Intimatur prelatis omnibus et singulis in hoc ipso generali concilio Basiliensi interessentibus et interesse debentibus quod auctore deo die veneris proxima post instans festum sancte Lucie Mandatum pro prima sessione

que erit quintadecima mensis huius decembris prima eiusdem sacri generalis
concilij Basilien sessio celebrabitur in ecclesia cathedrali ciuitatis huius
Basilien hora nona eiusdem diei a media nocte inantea computan-
do Ideoque precipit et mandat omnibus et singulis in predicta ciuitate Ba-
silien ad causam dicti sacri concilij iam existentibus ceterisque ad quorum
noticiam presentes deuenerint in dicto concilio inter esse debentibus
qui tunc comode personaliter inter esse poterunt in eodem quatinus dictis
die et hora in ecclesia predicta personaliter et debite compareant sub penis
Juris nisi legittimo prepediti fuerint impedimento Datum Basilee die
septima dicti mensis decembris anno a natiuitate domini Millesimoquadrin-
gentesimotricesimoprimo pontificatus sanctissimi domini nostri pape Euge-
nij quarti anno primo sub sigillo consueto dicti domini presidentis in testimonium
premissorum

Dicta die veneris quintadecima predicti mensis decembris anno Indictione
hora et pontificatu quibus pretactis super sacrosancta generali Synodo Basilien
predicta dicto domino cardinali legato auctoritate qua supra presidente legittime
ibi super congregata celebrataque ibidem solempni missa de spiritu sancto per Re-
uerendum in christo patrem dominum philibertum dei et apostolice sedis gracia
Episcopum Constancien prouincie Rothomagen Insuper cantatis et lectis le-
tanijs antiphonis alijsque deuotis oracionibus in talibus ordinatis deoque
supplicatis et deuote exhibitis Idem dominus cardinalis presidens in pon-
tificalibus sedens super cathedram ad hoc sibi preparatam alijsque sin-
gulis prelatis tunc ad premissa astantibus in pontificali habitu simul cum
mitris planis capitibus eorum impositis existentibus gratum sermonem ad ve-
nerandum predictam sacrosanctam habuit sumens pro themate suo Mundamini
qui fertis vasa domini ysaie lij In quo plerisque salubri exhortacione
ac secundum quod tali conueniebat eximie congregacioni et in primordio
talis actus decuit omnes de puritate iusticia et uite integritate
solerter in caritate non ficta ammonuit precipueque exhortatus est ut
in celebracione deo grata presentis sacri Concilij ecclesie vtili ac de ne-
cessaria et utili ut vere decet viros ecclesiasticos constanti et bono animo
Jugiter ad essent vigilarentque ac diligencius intenderent ad perfectum
et utilitatem rei publice christiane religionis feliciter peragendum ‡
Quoquidem sermone per eum finito: memoratus dominus philibertus
Episcopus Constancien eminentem thalamum ascendit ibique de mandato dicte
sacre synodi perlegit alta et intelligibili voce ut ab omnibus astan-
tibus audiretur hec que infra de verbo ad verbum inseruntur astantibus
ibidem non nullis venerabilibus et egregijs viris dominis ambasiatoribus
Serenissimi et Illustrissimi principum dominorum Regis Romanorum semper aug-
usti et ducis Subaudie necnon viris illustribus dominis alijs quam
plurimis

Decreta et cetera lecta in prima sessio-
ne sacri generalis Concilij Basiliensis

Ad omnipotentis dei gloriam fidei catholice exaltacionem christi-
aneque religionis profectum iaciens fundamentum in illo sur-

mo angulari lapide Christo Ihesu in quo omnis edificacio constructa crescit in templum sanctum in domino Sacrosancta synodus Basiliensis vniversalem ecclesiam representans in spiritu sancto legitime congregata presidente Reverendissimo in Christo patre domino Juliano sancte Romane ecclesie sancti angeli dyacono cardinali apostolice sedis legato attendens quod sacra generalis synodus Constanciensis in spiritu sancto celebrata salubre existimans et ultimode fructuosum in sancta dei ecclesia generalia concilia frequentari hoc suo decreto constituit huiusmodi sub tenore

## De celebracione conciliorum

Frequens generalium conciliorum celebracio agri dominici precipua cultura est que vepres spinas et tribulos heresium errorum et scismatum extirpat excessus corrigit deformata reformat et vineam domini ad frugem vberrime fertilitatis adducit. Illorum vero neglectus premissa disseminat atque fovet hec preteritorum temporum recordacio et presencium consideracio ante oculos nostros ponunt. Ea propter hoc edicto perpetuo sancimus decernimus atque ordinamus ut amodo concilia generalia celebrentur Ita quod primum a fine huius concilii in quinquennium immediate sequens secundum vero a fine illius immediate sequentis concilium in septennium et deinceps de decennio in decennium perpetuo celebrentur in locis que summus pontifex per mensem ante finem cuiuslibet concilii approbante et consenciente concilio vel in eius defectum ipsum concilium deputare et assignare teneatur ut sic per quandam continuacionem semper aut concilium vigeat aut per termini pendenciam expectetur. Quem terminum liceat summo pontifici de fratrum suorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio ob emergentes forte casus abbreviare sed nullatenus prorogetur.

Locum autem pro futuro concilio celebrando deputatum absque euidente necessitate non mutet. Sed si forte casus aliquis occurreret quo necessarium videretur ipsum locum mutari puta obsidionis guerrarum pestis aut similis: tunc liceat summo pontifici de predictorum fratrum suorum aut duarum parcium ipsorum consensu et subscripcione alium locum prius deputato loco viciniorem et aptum sub eadem tamen nacione surrogare. nisi idem vel simile impedimentum per totam illam nacionem vigeret. tunc ad aliquem alium viciniorem alterius nacionis locum aptum huiusmodi concilium poterit convocare. ad quem prelati et alii qui ad concilium solent convocari accedere teneantur ac si a principio locus ille fuisset deputatus: quam tamen loci mutacionem vel termini abbreviacionem per annum ante prefixum terminum teneatur summus pontifex legitime et solempniter publicare et intimare ut ad ipsum concilium celebrandum predicto possint statuto termino convenire.

Atque pro ipsius execucione decreti ciuitas Papie aput Ytaliam fuit electa pro generali concilio in fine tunc proxime sequentis quinquennii celebrando. Quod quidem concilium suo debito tempore in dicta ciuitate Papie celebrari extitit inchoatum et inde certis ex causis ad Ciuitatem Senensem translatum. In quo quidem generali concilio Papie inchoato et in Senensi ciuitate celebrato. hec Basiliensis ciuitas pro celebracione tunc futuri generalis concilii post septennium a fine ipsius Senensis concilii celebrandi fuit electa et debite assignata ut constat in instrumento publico inde confecto

Hic propter quod celebrentur generalia concilia frequenter

Papia pro Concilio

In nomine dni amen Tenor pntis publici Instri cunctis pateat eui-
dent' et sit notu Qz anno a natiuitate eiusd dni Millesimoquadringe-
tesimo vicesimo quarto Indicton scda die vo sabbti decimonono mesis
februarij hora tciaz vl quasi pontificat' sctissimi in xpo pris et dni
nri dni martini diuina pruiden ppe qnti anno septimo vigente et du-
rante sacro sto gnali concilio Senen in ciuitate Senaz ac psidenti-
bo eidem concilio vice et noie pfati dni nri ppe et pro eo Revmis
in xpo pribo et dnis dnis dei et aplice Sedis gra petro arcpo creten
Jacobo epo Spoletanen petro abbate de Rosacio aquilegien dioc et le-
onhardo de florencia mgro et gnali ordinis pdicatoz per eundez dnm
nrm ppam ad infrascpta spalr deputatis et ordinatis Idem dni psiden
quandam guocacom deputatoz omiz inclitaz nacionu pntis concilij
Senen sup electon loci futuri concilij fecerut Inqua affuerut pdci
dni psiden concilij vna cu singlis Revdis pribo ac venlibo et circusp
Quinque naciones ectis viris omiz qnqz nacionuz videlicet ytalia pro pte platoz et
Italia aliorz de ex tritoriuz Senen dni petrus scia epus castren et domi
nicus de sto geminiano decretoz doctor camere aplice auditor pro
pte platoz et aliorz huiuz titulos intritorio Senen dnus Nicolaus
abbas sti donati ordis vallis ambrose se no hre mandatu ad actuz
infrascptuz faciend dicentes sz ad audiend et referenduz quoz quili-
bet se dcam ytalicam nacionez representare asserebat pro nacione
Gallia Gallicana Revdi pres et dni dni Guilhelmus epus Cauallicen ludouicus
de palude Regulis Ternochicen ordinis sti bndicti Cabilonen dyoc
et Johes vrsicampi ordinis Cistercien nouiomen dyoc abbates pro
Germania nacione Germanica Revdus pr dnus hartungus de Cappel decretoz
doctor sacri pallacij aplici causaz auditor ac venlis et Religiosus
vir frat' Theodricus de midel monachus ordinis pmonstraten inde
cretis licen eiusd ordinis pcur pro nacione hyspanica petrus al-
Hispania fonsi abbas sti vincencij et Canonicus ecclie Toletan qui tame dixit
se no hre ald mandatuz anacione sua ad hnc actuz faciend nisi so-
luz ad audienduz et referend de quo ecia fuit solempnit' ptestatus
pro nacione anglie Revdus pr ac dnus dnus franciscus epus aquen
Anglia et venlis vir mgr Thomas de medona canonicus astolocen in sacra
pagina baccalaus qui deputati sup dicti singulari' singli ad infrascp-
ta mandata sua in publicam formam illic de tritorio Senen et naci-
one hyspanie exceptis Senis in cappella domo opary maioris ec-
clie Senen ppe eand ecclia; sita produxerut et quilibet eoz pro-
duxit/ Quibus sic congregatis ac missaz solepnis aliqz cerimonijs de-
bitis et cluetis ibm completis sup dicti dni deputati singulaz nacio-
nuz ad infrascpta singularia mandata de quibo pinstra publica signis
et subscpcione notarioz publicoz tunc ibm pntau signata et subscp-
ta lcimaz fecerut fidem ad hmoi electom loci p ordinez pcesserut et
intercetā qmplimis allegacon ppoicon altricacon et dissensionibo
inter ipos deputatos hitis atqz
diuisoz locoz et pnunciaz hinc inde
factis demu pro loco futuri et tunc celebrandi concilij pxio secuturi
iuxta formam et tenore decreti siue constitucon concilij Constan desup

factum civitatem Basilien[sem] in natione Germanica consistentem et in provin-
cia Bysuntina tamquam habilem sufficientem et ydoneam ex ipsorum certa
sciencia unanimiter et concorditer nominaverunt et elegerunt: dictis tamen Ni-
colao sancti donati et petro alfonsi abbatibus pro tunc ex premissis non consencien[tibus] — Basilea deputatur
Quo loco sic per ipsos dominos deputatos electo supradicti domini quattuor
presiden[tes] concilii ex parte domini nostri pape dictum decretum sive constitucionem
concilii Constan[ciensis] in quo continetur de modo eligendi loca conciliorum nec
non litteras apostolicas domini nostri pape predicti eius vera bulla plumbea ut prima
facie apparebat more Romane curie munitas super potestate dictis dominis presiden[tibus]
ad presentem actum a domino nostro papa predicto concessa per venerabilem virum dominum
michaelem de prisis decretorum doctorem et prefati domini nostri pape secre-
tarium ibidem presentem publice alta et intelligibili voce coram dominis pre-
siden[tibus] et deputatis nacionum aliisque supradictis infrascriptorum tenorum legi
et publicari fecerunt Tenor vero decreti sequitur et est talis

Frequens generalium conciliorum celebracio agri dominici precipua cultura
est que vepres spinas et tribulos heresum errorum et scismatum extirpat
excessus corrigit deformata reformat et vineam domini ad frugem
uberrime fertilitatis adducit. illorum vero neglectus premissa dissemniat at-
que fovet. hec preteritorum temporum recordacio et presencium consideracio ante
oculos nostros ponunt Ea propter hoc edicto perpetuo sancimus decernimus atque
ordinamus ut amodo concilia generalia celebrentur Ita quod primum a fine huius
concilii in quinquennium inmediate sequens. secundum vero a fine illius imme-
diate sequentis concilii in septennium. et deinceps de decennio in decen-
nium perpetuo celebrentur in locis que summus pontifex per mensem ante — Tempus generaliorum
finem cuiuslibet concilii approbante et consenciente concilio vel in eius
defectum ipsum concilium deputare et assignare teneatur. ut sic per quandam
continuacionem semper aut concilium vigeat. aut per termini pendenciam expe-
ctetur. quem terminum liceat summo pontifici de fratrum suorum sancte Romane ecclesie
cardinalium consilio. ob emergentes forte casus abbreviare. sed nullatenus
prorogetur: locum autem pro futuro concilio celebrando deputatum absque evi-
denti necessitate non mutet. Sed si forte casus aliquis occurreret quo
necessarium videretur ipsum locum mutari puta obsidionis gwerrarum pestis aut
similis. tunc liceat summo pontifici de predictorum fratrum suorum aut duarum
partium ipsorum consensu et subscripcione alium locum prius deputato loco vicini-
orem et aptum sub eadem tamen nacione surrogare. nisi idem vel simile im-
pedimentum per totam illam nacionem vigeret. tunc ad aliquem alium vici-
niorem alterius nacionis locum aptum huiusmodi concilium poterit convocare. ad
quem prelati et alii qui ad concilium solent convocari accedere teneantur. ac si
a principio locus ille fuisset deputatus. quam tamen loci mutacionem vel termini
abbreviacionem per annum ante prefixum terminum teneatur summus pontifex legitime et
sollempniter publicare et intimare ut ad ipsum concilium celebrandum predicti
possint statuto termino convenire

Tenor bulle talis est

Martinus episcopus servus servorum dei venerabilibus fratribus petro ar-
chiepiscopo Creten[si] et Jacobo episcopo Spoletano. ac dilectis filiis petro ab

bati de Rosacio sancti petri aquilegiensis dyoc. necnon leonhardum de florencia ordinis fratrum predicatorum ac sacre pagine professori. ac eiusdem ordinis generali magistro nostris et apostolice sedis nunctiis salutem et apostolicam benedictionem Nuper siquidem cupientes generale concilium iuxta deliberacionem et ordinacionem sancte synodi constanciensis. ad deputacionem loci eadem approbante olim synodo per nos factam in civitate papie auctore domino celebrari ut illa in eo statuerentur et fierent que cederent ad laudem dei et bonum publicum ecclesie sue sancte Vos ad civitatem predictam pro futuro ibidem tenendo et celebrando concilio generali nostros et apostolice sedis nuncios de fratrum nostrorum consilio providimus destinandos vobis inter cetera nomine et auctoritate nostris ipsi concilio presidendi. et ibidem pro vestra sapientia illa providendi deliberandi statuendi decernendi et concludendi. que ad conservacionem et augmentum religionis et fidei christiane ac reformacionem cleri. et status ecclesiastici pertinerent potestatem plenariam concedentes prout in aliis nostris litteris plenius continetur Nos igitur attendentes ut in bene gerendis rebus dicti concilii eo utilius et perfectius proficere valeatis quo amplioris fueritis per nos auctoritate muniti et ne propter aliquem casum qui solet quandoque contingere celebracio et continuacio eiusdem concilii retardetur oportune providere volentes discrecioni vestre ubi legitima causa subsistit ipsum concilium de civitate predicta ad quamcumque civitatem aliam eiusdem nacionis ad hoc liberam habilem et sufficientem de qua vobis videbitur auctoritate nostra transferendi Illudque prorogandi mutandi et dissolvendi ipsumque concilium in huiusmodi alia civitate ad quam id forsan transferri et mutari contigerit continuandi tenendi et celebrandi et ad illud prelatos et alios convocandi eique nomine et auctoritate predictis presidendi et in eo quecumque decreta eodem approbante concilio ordinandi statuendi et decernendi Illaque in publicis sessionibus iuxta morem solempniter publicandi et approbandi. ac nichilominus ante dissolucionem presentis concilii loci pro alio futuro concilio inde ad septennium celebrando iuxta deliberacionem et ordinacionem predictas eciam ante mensem ubi racionabilis causa esset. ne aliquo modo huiusmodi loci deputacio differatur nominandi deputandi et assignandi Et alia in premissis omnibus agendi disponendi statuendi et exequendi ac concludendi que pro statu honoreque nostro et Romane ecclesie ac tranquillitate et pace reipublice christiane noveritis profutura plenam et liberam de dictorum fratrum consilio auctoritate apostolica tenore presencium concedimus facultatem Ratum et gratum habituri quicquid per vos super premissis in eodem concilio propositum deliberatum statutum et decretum fuerit ac conclusum Idque faciemus auctore domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari Datum Rome apud sanctum petrum viii kl. marcii pontificatus nostri anno sexto

Quibusquidem decretis et litteris apostolicis sic lectis et publicatis predicti domini quatuor presidentes ibidem presentes per organum predicti domini Reverendi patris domini petri archiepiscopi cretensis unius ex ipsis presidentibus in ipsum locum videlicet civitatem Basiliensem sic ut premittitur per ipsos dominos deputatos electam consenserunt. ac eandem civitatem Basiliensem in provincia Bisuntina

consisten[tes] vna cum predictis dominis deputatis nacionum et ipsi deputati nacionum
videlicet ytalice de extra tritorium Senen[sis] Gallicane Germanice et anglicane
iuxta dicti decreti Constancien[sis] Concilii vim formam et tenorem ac prefat[i]
a domino nostro papa predicto eis tradite ut premittitur et concesse elegerunt et no-
minauerunt ac ciuitatem ipsam habilem et ydoneam pro loco futuri proxima
celebrandi concilii deputauerunt assignauerunt et pronunciarunt protestantes tamen quod
propter ipsum concilium Senen[sis] non censeatur dissolutum esse eo quod ipsi presiden[tes] cum
inclitis nacionibus ad communem reformacionem hic possibilem concurrere vellent
et hoc idem prefati deputati per ordinem similiter fuerunt protestati quilibet pro
natione sua quod ad reformacionem hic possibilem attendere vellent / Quo
loco taliter electo pronunciato ac assignato et deputato vocati fuerunt
in locum dicte congregacionis Reverendissimi patres et domini domini Johannes archiepiscopus Tol-
letanus Nacionis hyspanice presidens Johannes archiepiscopus Rothomagen[sis] Na-
cionis gallicane presidens Richardus electus Eboracen[sis] anglicane Nacio-
nis presidens et Andreas episcopus poznanien[sis] Ingnorum presencia dicti loci ele-
ctio fuit solempniter publicata et per ipsos dominos archiepiscopos et episcopos approbata
et confirmata Excepto quod dominus Reverendissimus pater dominus Johannes archiepiscopus Tolletanus hyspa-
niarum primas Regnique Castelle maior cancellarius et supradicte nacionis
hyspanice presidens ad dictam electionem respondit se habere duas voces vnam ut
presidens nacionis sue hyspanice aliam vero ut archiepiscopus et primas hyspa-
niarum Quantum ad primam vocem non posset consentire nisi requisita et consen-
cien[te] nacione sua supradicta Quantum vero ad secundam videlicet ut archiepiscopus et pri-
mas dixit se consentire et ex presenti consensit De et super quibus omnibus et sin-
gulis premissis sic actis factis atque gestis prefati domini presiden[tes] domini nostri pape
necnon deputati supradescripti per ordinem ac honorabilis vir magister martinus
welle clericus ambien[sis] dyocesis in decretis baccalarius ac domini nostri pape prefati
procurator fiscalis et huiusmodi sacri Senen[sis] concilii promotor sibi a me notario publico
infrascripto et aliarum nacionum notariis ibidem tunc presentibus fieri pecierunt
et quilibet eorum fieri peciit atque tradi vnum vel plura publicum seu publi-
ca instrumentum aut instrumenta Acta fuerunt hec Senis sub anno Indictione die
mensis hora loco et pontificatu quibus supra presentibus ibidem venerabilibus et
honorabilibus et discretis viris dominis dominico de caponica apostolice Ca-
mere clerico michaele de prysis supradicto decretorum doctoribus Necnon
magistris anthonio olim michaelis de sancto Geminiano curie causarum Ca-
mere apostolice et ytalice extra tritorium Senen[sis] hermanno poynem de
Borken clerico monasterien[sis] dyocesis apostolica et imperiali auctoritatibus ac inclite
nacionis Germanice in predicto Concilio Senen[sis] notariis necnon laurencio
Stafoirde anglicane nacionis predictarum notariis clericis florentini monaste-
rien[sis] et lincholnien[sis] dyocesis ac francisco de Bononia seruien[te] armorum domini
nostri pape predictis testibus ad premissa vocatis specialiter atque rogatis

Subscripciones notariorum

Et ego petrus dicti clericus ambianen[sis] dyocesis magister in artibus publicus au-
ctoritate apostolica ac inclite nacionis Gallicane in predicto sacro Concilio Senen[sis]
notarius quia huiusmodi electioni pronunciacioni assignacioni et deputacioni loci futuri Con-
cilii ut premittitur proxime celebrandi presens fui eaque sic vidi et audiui ideoque
hoc presens publicum instrumentum manu mea propria scriptum exinde confeci subscripsi

h[ic] agi[tur] q[uod] in Senis locus basilien[sis] est electus.

Ep[iscopu]s posnanien[sis]

et publicam signoque et nomine meis solitis et consuetis signaui in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum requisitus et rogatus

**Alter notarius**

Et ego Laurencius Staforde clericus Lincolniensis diocesis publicus auctoritate apostolica ac inclite nacionis Anglicane in predicto sacro Senensi concilio notarius premissis omnibus et singulis vna cum prenominatis testibus et notario prius fui ea que sic fieri vidi et audiui et exinde hoc instrumentum per alium fideliter scriptum signo meo solito cum dicto notario requisitus signaui in testimonium omnium premissorum

## Inicium et approbacio concilii Basiliensis

Cum vero finis instaret septennii quod est tempus expressum in decreto concilii Constanciensis decreto celebracioni huiusmodi generalis concilii prefixum fe. re. dominus Martinus papa quintus sancte Romane ac vniuersalis ecclesie tunc presidens pontifex volens celebracionem generalis concilii fieri iuxta prememorati decreti continenciam propter etatem decrepitam et multiplices sui corporis morbos in persona propria non poterat presidere dominum dominum Iulianum sancte Romane ecclesie sancti Angeli dyaconum cardinalem de fratrum suorum consilio ad celebrandum ipsum concilium ac eidem vice et loco ipsius summi pontificis presidendi suum ac sedis apostolice destinauit legatum per suas apostolicas litteras prout hic inferius continetur

Hic committit papa presidenciam concilio auctoritate sua

Martinus episcopus seruus seruorum dei dilecto filio Iuliano sancti Angeli dyacono cardinali apostolice sedis legato salutem et apostolicam benediccionem Dum onus vniuersalis gregis diuina superna disposicione nobis iniunctum diligenter attendimus et quod singulis christiane reipublice occurrentibus per nos ipsos debitum apostolice seruitutis exequi non possumus animo nostro reuoluimus non numquam viros fide feruentes dignitate ac sciencia preditos et rerum agendarum experiencia conspicuos in partem nostrorum et ecclesie Romane negociorum assumimus ut dum tempus postulat eorum operacionibus vices nostras supplentes ministerium nobis commissum diuina assistente gracia nostre vires nobis ex alto concessas exequi valeamus Dudum siquidem sacrum generale Constanciense concilium ex certis causis tunc expressis statuit et decreuit primum generale concilium in quinquennium extunc proxime futurum secundum vero a fine illius immediate sequentis concilii in septennium et deinceps de decennio in decennium perpetuo fore celebrandum in locis per Romanum pontificem per mensem ante finem cuiuslibet concilii approbante et consenciente concilio vel in defectum per ipsum concilium deputandis et assignandis ut illa que circa statum et bonum publicum ecclesie sancte dei agenda et expedienda restabant matura possent deliberacione compleri prout quantum in nobis fuit in concilio Senensi ultimo celebrato factum extitit in quo per nos et sedis apostolice nuncios tunc in dicto concilio Senensi presidentes eodem approbante concilio ciuitas Basiliensis pro loco proxime futuri tunc in septennium celebrandi concilii deputata extitit prout in decreto prefati Senensis concilii et aliis nostris litteris desuper confectis plenius continetur Cum autem finis huiusmodi septennii quo concilium ipsum in eadem ciuitate Basiliensi tenendum et celebrandum fore statutum fuit instare noscatur Cumque propter notoriam egritudinem nostram in ipso futuro Basiliensi concilio deo auctore celebrando iuxta desiderium cordis nostri interesse non possimus te vite integritate et sapiencia p

claruz et magnitudine concilij conspicuum ac in maris nre et pfate ecclie
negocijs diuturna expiencia compbatu legatuz cu plena et omoda po
testate legati delatere de fratrum nror olio aucte aplica tenore psencm
facimus ostituimus et etia ordinamus Teqz ad ciuitatem Basilien pdic
tam p futuro ibim auctore dno tenendo et celebrando concilio gnali
mr deliberacom et ordinacom pfatas tamqm angeluz pacis destina
duz pudimus Et sup oma in ipo futuro concilio ad reformanduz statu ec
clasticuz qui hoc tpe indigere videt habundante nequicia et frigescen
te caritate hominu suscitatis inter fideles bellis et discordijs ac inualescente
cente impluribus mundi ptibus hetica prauitate ad hmoi heses extirpandas
et pacem inter catholicos pncipes et ceteros xpianos componendaz
aium efficacit intendamus sup qua re quatuz in nobis fuit dedimus opam
efficacem tibi noie et aucte nris ipi concilio psidendi ac in illo p tua
sapia illa pponendi deliberandi ordinandi statuendi et decernendi que
ad laudem et honorem dei et oseruacom et augmentuz religionis fidei
xpiane statuz ecclie reformacom quoqz totius cleri et eccli statis in mo
ribus et vita Necnon reductom orientalis ecclie et quoruulibet alioz ob
erranciuz ad gremiuz ecclie militantis ac oseruacom eccliastice libtatis sa
lutem quoqz quietem et pacem Regnoz Regiz ducuz pncipuz et quoruulibet
fideliuz pploz noiis ptine ac eciam ibim cuz debita maturitate et de
liberacione put in tanta re ouenit ea omna pponendi decernendi ocludendi
dendi et exequendi per que heses et errores tam de Bohemie qua de ali
is quibuscuqz Regnis pncipatibus tris et locis inquibus sunt penitus extirpent
Et nichilominus de pmissis hesiz et quibuscuqz alijs causis fidem catholicaz
ocernentibus quolibet cu consilio dicti concilij cognoscendi illa qz p te ul
aliuz seu alios ate deputandos audiendi decidendi et fine debito cu pfa
to cu pfato concilio terminandi et contradictores quoslibet et rebelles cuius
cuqz status gradus peminencie ul odicionis existant et quamis eccliastica
ul mundana eciam si Regali ul pontificali pfulgeant dignitate aucte no
stra p censuraz eccliasticaz et alia iuris remedia appellacoe postposita com
pescendi et sup hijs quociens opus fuit auxiliuz brachij secularis inuo
candi oia qz alia et singla meod Basilien concilio agendi tractandi dis
ponendi statuendi declarandi decernendi et ocludendi que in pmissis
et circa ea p statu nro et eiusd ecclie ac salute aiaz fideliuz extirpa
cione hesiz et erroz de agro dnico reductoe quoqz ob erranciu pploz
et oseruacoe eccliastice libtatis ac pro quieto statu rei publice xpiane Nec
non reformacione in omibus mebris suis noiis pfectura plenaz et libe
ram aucte pdicta tenore psenciuz ocedimus prates ratuz et gratu hitnri
quicquid sup pmissis p te vna cu eod Basilien concilio ordinatu sta
tutuz deliberatu et decretu fuit et oclusuz idqz faciemus auctore usqz
ad satisfactom odignaz inuiolabilr obseruari Quocirca circuspectoi tue
p aplica scripta mandamus quatus tibi iniunctuz ministeriuz laboris hmoi
p dnna et dicte sedis ac nra reuen sic in eod Basilien concilio dicto
noie p tpe psidens ad honorem dei ecclie atqz nrm salutem quoqz et
pacem pploz fideliuz iux datam tibi adno prudenciaz laudabilit exequa
ris qd extinis fructuosis opibus fructus optati puemant quos speramus

tuqz deinde illaz que pias causas agentibus superna retribucōe inpendit
gloriam consequi merearis felicitatis eterne Datum Rome apud sanctos apostolos kl
februarii pontificatus nostri anno quartodecimo

Ipse autem Reverendissimus dominus legatus mandatum apostolicum exequi cupiens cum tempore quo
Jam instabat celebracionem concilii inchoari contra expedicionem adversus pesti
feram heresim hussitarum esset pro causa fidei admodum occupatus suos ad
hanc civitatem vicesgerentes destinare curavit ac postmodum quamcicius
fuit possibile ad presentem civitatem accessit ut iniunctum legacionis
officium posset in celebracione huius generalis concilii prestante divina im
mensa gracia adimplere prout eciam sanctissimus dominus noster papa Eugenius quartus re
petitis suis sanctitatis litteris sibi mandavit In qua civitate iam per tres
menses et ultra cum prelatis et ceteris qui ad ipsam civitatem causa ce
lebracionis dicti generalis concilii advenerant quam plurimas congregaci
ones fecit habitisque tractatibus super ipsius stabilimento et celebracione con
cilii Tandem decretum est presentem solempnem fieri sessionem In qua primum
cum expressissime constat apte quod hec civitas sit locus celebracionis ge
neralis concilii deputatus et ad sit circa tempus ipsius con
cilii celebrandi sacrosancteque sedis apostolice non desit auctoritas decernit dif
finit et declarat in hac civitate et loco esse generale concilium stabi
litum canonice et fundatum et quod ad eius celebracionem tenentur accedere
omnes tam prelati quam ceteri qui de Jure vel consuetudine ad generalia
Concilia accedere sunt astricti ¶ Ceterum cum unumquodque eo dire
ctius atque intencius suas dirigit actiones quo ipsarum destinatum
finem agnoscit Idcirco hec sancta synodus necitates christiane religio
nis sedula meditacione recogitans matura et digesta delibera
cione decrevit ad hec tria a quibus cuncta bona procedunt auctore deo
toto sollicitudinis studio operam dare primo ut omni heresum a christiani
populi finibus tenebris profugatis lumen catholice veritatis christo vera
luce largiente refulgeat Secundo ut bellorum rabie qua satore zizanie
seminante diversis partibus affligitur et dissipatur populus christianus congrua
meditacione sedata pacis auctore prestante in statum reducatur paci
ficum et tranquillum Tercio ut cum multiplicibus viciorum tribulis et
spinis christi vinea silvescat pre nimia densitate ut illis debito cultive
studio resecatis ewangelico agricola celitus opitulante refloreat ho
nestatisque fructus et honoris felici ubertate producat / Et quoniam abs
que celestis influxu gracie hec tam grandia bona sperari non possunt
omnes christi fideles in domino propensius exhortatur ut ad optinendam
premissorum consummacionem felicem devotis oracionibus Jeiuniis elemosi
nis apud maiestatem divinam diligenter insistant ut pius et mise
ricors deus humilibus placatus obsequiis optatam rex consumma
cionem huic sacro concilio sua pietate solita prestare dignetur hoc eis
in remissionem suorum peccaminum iniungens ¶ Preterea cum
premissa ad que huius sacri concilii tendit intencio sint plurimum ar
dua et accuratum studium exigant in ultaque sint sollicitudine et cura
per vigili pertractanda exhortatur omnes in hoc concilio persistentes et

h' gentium decernit tria

Terna intencio Concilii

ad ipm̄ venientes ut diligent' illa secū cogitent atqz cū alijs exco-
gitata pertractent que eis videbunt' ad eandem utilia vl' eciaz opor-
tuna. ut inde cōi debitoqz sup eis tractatu habito et matura delibe-
racione digesto melius et utilius persacruz conciliū inp̄mis[s]is p-
queat assistente spūs sti grā pvideri In hac namqz sacra synodo
congregatis plena et libera sit omībꝫ et singulis loquendi et ꝯsulen-
di facultas eoꝝ que ad agenda esse videbunt' accomoda iux' materias
in ipius concilij deliberacione ppositas ¶ Ut aut' quia moꝝ et
gestus venustate unusquisqz in sessionibꝫ et ꝯgregacionibꝫ huiꝰ sac'
concilij debeat se hr̄e ex antiquoꝝ patruz iam dudūz statut' et regu-
lis innotescat decretuz Tolletani concilij p̄ntibꝫ duximꝰ īserendūz
¶ In loco benedictōis consedētes dn̄i sacerdotes nullus debet aut indis-
cretis vocibꝫ p strepe' aut quibuscūqz tumultibꝫ pturbare nullus eciā
vanis fabulis nec risibꝫ vel qd' est deteriꝰ obstinatis disceptacōi-
bꝫ tumultuosas voces effundē Siquis eniz ut ait apl's putat se reli-
giosūz esse nō refrenans linguam suam sꝫ seducens cor suū huiꝰ
vana est religio Cultuz eniz suū iusti' pdit qui silencia iudicij ob-
strepenciūz turba confundit dicente ppha Erit cultus iusticie silen-
ciūz Debet g° quicquid aut ꝯsedenciūz consultacōibꝫ agit' aut ab
accusanciūz pte ppoint' sic mitissima vboꝝ relacione pferri ut nec
ꝯtenciosis vocibꝫ sensus audienciūz turbent nec iudicij vigorē de
tumultu eneruent Quicūqz g° in conuentu concilij hec que p̄missa
sūt violanda crediderit et cont' hec interdicta aut tumultu aut ꝯtume-
lijs vl' risibꝫ ipm̄ conciliūz pturbauit iux' diuine legis edictuz quo p-
cipit' ejce derisorem et exibit cū eo iurgiūz cū omī dedecore a cō-
sessione abstractus a cōi cetu recedat et triū dieꝝ sināz excōis ferat
¶ Ad obuiandūz ꝯtrouersijs que solent huiōi in concilijs et publicis
congregacionibꝫ sub oriri et nō unq' ipoꝝ pgressūz per longa tpa
impedire hec sacra synodus ordinat statuit et decernit q' p quoscū-
qz actus noiaciones intitulaciones honoꝝ exhibiciones tam in se-
de quam in alijs quibuscūqz dictis factis dicendis in hoc concilio p
quoscūqz platos p̄ncipes vl' eoꝝ aut uniuersitatuz et cōitatū quarūcūqz
nuncios uel legatos seu ipis vl' de ipis vl' eoꝝ altero in eod' conci-
lio nullūz ius denouo acquirat' nullisqz p̄iudiciū ꝯueī' nullusqz
iure in p̄prietate vl' possessione ledat' et p p̄missa vl' huiōi legatoꝝ ad-
missionez iure vl' titulis alicuiꝰ appbari nullatenꝰ censeat' vl' eciā
repbari aut ius vl' possessio ꝯn̄ali concilio interessendi vl' tali' vocē
dandi cuiq' acquiri sꝫ in omībꝫ et p oīa unusquisqz in eo statu post hoc
conciliūz remanere in quo ante ipius concilij celebracōm pmanebat
¶ Et q[uo]n[ia]m qui opus aliqd' intendenti nō satis ē edificacōi opam dare
si ex aduerso impedientibꝫ nō resistat Jd' c̄to decretuz in sacro Constan-
concilio edictuz aduersus eos qui venientes ad conciliūz stantes uel
redeuntes impediunt iniuriant vl' molestant ex sup hundanti c[er]te
la cont' eos qui venien[te]s stantes aut recedentes ab hac sc̄a synodo
in psona vl' bonis impedire iniuriari vl' molestare p̄sumpserint locū
hr̄e declat et decernit

parisien[sis] fuit o[mn]es

Salui ancestris et rer

processuz con̄ attēptātes venienciū ad conciliū

Sacrosancta gn̄alis synodus Constancieñ vlem ecctiam repre
sentans in spū sctō ad extirpacōm scismatis heresumqz et erroz nec
non ipius ecctie in capite et in mēbris debitam reformacōm ltime
ꝯgregata ad futuram rei memoriaz iusticiam et equitatez exercēs· Non
dubitat si quos noxie voluntatis adeo captiuat puisa intencio qd
ꝓcessibꝯ aplicis impendent obuiare auctez sanctionis canoice con
tēpnentes in alioz ꝓlabunt̄ iniurias et offensas ecctīca censura
ꝓcellat et ꝓ demito culpe rigorez adiciat iudiciarie ptātis Nam
si quilibet p campuz licencie freno deposito modestie uagaret im
pune facile quisquis seuiret in ꝓximuz et neruus disciplinantis ius
ticie rumperet̄ Sane licet nō nulli Romani pontifices antiquos
Romane ecctie more et ꝯsuetudinez obseruantes ꝓut ad eos ex de
bito aplatus sibi iniuncti officij ptinebat p certos suos ꝓcessus in
die cene dnī āmis singlis solempnit publicantes inter alios oms
et singlos qui ad sedem aplicam uenientes ul recedentes ab ea
Necnon in illos omēs et singlos qui per se ul aliū seu alios quasciī
qz psonas ecctīcas ul seculares ad Romanaz curiaz sup eaz causis et
negocijs accedentes· illaqz in eadem curia ꝓsequentes· aut ꝓcurātes ꝛ
gestores aduocatos et ꝓmotores ipaz: ac ecīa auditores seu iudi
ces· qui sup̄ dcīs causis ul negocijs deputant̄ occasione causaz e
mergenciuz hmōi uberant mutilant uel occidunt cuiuscūqz dignita
tis ordinis ꝯdicionis aut status forent pdicta ul eoz aliqua con
mictentes excōis et anathematizacionis snīas a quibꝯ nullus per
aliuz quam Romanū pontificem posset pterquaz in mortis articlo
ꝯstitutus absolui· nec eciaz tunc nisi de stando mandatis ecctie ac sa
tisfactoē pstanda sufficienti caucione pmissa candelis accensis et ad
terram ꝓiectis ꝓmulgauerit et eos qui talr̄ excōicat̄ et anathe
matizatis ul eoz alicui psumeret absolucionis bñficiū impendere
simlibus snījs innodauerit· eisqz pdicacōis lectōis adminstracōis sa
cramentoz ecctīcoz et ꝯfessionez audiendi interdixerit officiū Nec
non quoscūqz iniuriatores quorumlibet ad sacra gn̄alia concilia ue
nienciuz seu stanciuz in ipis aut recedenciū ab eisdem diūsas censu
ras ecctīcas et penas tam ex canonis quā diuini iuris disposicōne
incurrant Tamen sicut ad nrām fide dignoz multitudine uahda in
sinuacoē p uenit noticiaz nō nulli iniquitatis filij pdicionis alūpn
ni hmōi censuras uilipendentes· ac hmōi sacri concilij extirpacōis
scismatis heresum ac erroz ipiusqz ecctie reformacionis pturbatores
dyabolico spū instigante· nec dignitati nec ordini defferentes timo
rem postposito nephandis et sacrilegis ausibꝯ nō nullas psonas eccle
siastitas et sclares ecīa pontificali dignitate pditas ad sedem apli
cam ul Romanā curiaz seu pns gn̄ale conciliuz in ciuitate Constan
ꝓuincie Maguntin ubi nunc Romana curia existit in spū sctō ltime
cōgregata uenientes aut recedentes ab eisd· inuadē cape arrestaē
detinere incarceraē mutilare occidē spoliare bonis suis ul iniurijs ꝛ
affligē quaz plurimis· et al's male tractaē temeritate ꝓpria psūpserunt

et dietim presumunt in apostolice sedis et sacri concilii vilipendium et contemp
tum ac sedacionis scismatis reformacionis ecclesie et correctionis mor[um]
necnon heresum et errorum predictorum extirpacionis disturbium suarumque
animarum periculum et scandalum plurimorum Nos igitur volentes in premissis nec
non adversus quoscumque ad ipsum et quelibet alia futura generalia con
cilia accedentes aut stantes in ipsis seu recedentes ab eisdem ne
ab aliis deum non timentibus temerariis in iniuriis infestentur et oppri
mantur violenciis et ne quibusvis delinquendi aut excessus commit
tendi pateat audacia de oportuno et salubri remedio providere huiusmodi
necnon omnes alios processus et singulas sentencias et censuras adversus
quarumcumque personarum ecclesiasticarum vel secularium ad sacra generalia concilia
veniencium vel stancium in ipsis vel recedencium ab eisdem molestato
res perturbatores vel iniuriatores auctoritate dei omnipotentis patris et fi
lii et spiritus sancti extendentes omnes et singulos cuiuscumque dignitatis gra
dus status vel condicionis fuerint eciam si pontificali imperiali regali
vel alia quacumque ecclesiastica vel mundana prefulgeant dignitate qui quas
cumque personas ecclesiasticas vel seculares que ad huiusmodi sedem apostolicam Roma
nam curiam hoc presenti sacro durante concilio vel ad ipsum et quecumque
alia generalia concilia venientes et stantes in ipsis aut ab eis rece
dentes temeritate propria per se vel alium seu alios arrestare invadere ca
pere detinere incarcerare mutilare occidere aut bonis suis spoliare vel
iniuriis affligere seu ipsos sic delinquentes receptare aut alias quomodo
libet impedire seu ea perpetrancium facta et commissa rata et grata habere
vel eis dare auxilium consilium et favorem publice vel occulte directe
vel indirecte presumpserint vel presumpserint in futurum similibus excommunicacionis et ana
thematizacionis sentenciis innodamus eo ipso Terras quoque ipsorum et cuius
libet qui in premissis vel eorum aliquo transgressor vel contemptor fuit
dum tamen unuiuscuiusque sic transgressorum vel contemptorum ultra unam diocesim non
contineat Necnon omnia civitates villas castra opida et quelibet alia
loca in quibus huiusmodi excessuum patratores seu eorum receptatores vel
ipsis consencientes faventes aut dantes auxilium consilium vel favorem
publice morabuntur necnon illa in quibus huiusmodi persone sic temeritate
propria detente fuerint quamdiu extiterint in eisdem memorata auctoritate
ecclesiastico supponimus interdicto Quod si terra eiusdem duas diocesim vel
amplius contineat dominio domicilii principalis ipsius et illam eciam in qua
fuerit delictum commissum si sua sit et duas alias que sub ipso sint eidem
loco magis vicinas interdicto subiacere volumus supradicto et eciam omnes
et singulos huiusmodi excommunicacionis et anathematizacionis sentenciis ligatos in quibusli
bet ecclesiis loco ubi tale delictum fuit perpetratum vel terris et locis propter
hoc interdictis magis convicinis ubilibet existentibus omnibus diebus domi
nicalibus et festivis pulsatis campanis candelis accensis publice nun
ciari ac terras civitates villas castra opida et loca ecclesiastico interdicto pre
dicto supposita donec sic excommunicati meruerint ab huiusmodi sentenciis beneficium
absolucionis obtinere dictumque interdictum debuerit relaxari Ita tamen quod nullus
ex transgressoribus et contemptoribus huiusmodi per alium quam Romanum pontificem
vel sacri concilii auctoritate possit nisi duntaxat in mortis articulo constitutus

nec eciam tunc nisi de stando mandatis ecclie satisfactione vel sufficienti
caucione si hoc comode facere possent primitus prestita absolui vel int
dictum huiusmodi relaxari Eos non cuiuscumque dignitatis ordinis status con
dicionis fuerint · eciam si pontificali dignitate fulgeant qui contra
tenorem presencium processuum talibus vel eorum alicui absolucionis beneficium
impendere presumpserint volumus statuimus et decernimus similibus excommunicationis
et anathematizacionis sentencijs fore innodatos eo ipso Ipsis quoque predica
cionis lectionis administracionis sacramentorum et confessiones audiendi of
ficium auctoritate interdicimus supradicta insinuantes transgressoribus et con
temptoribus predictis quod spiritualiter et temporaliter prout eorum requirent excessus et
demerita grauius procedet Non obstantibus quibuscumque constitucionibus
apostolicis et quibuslibet priuilegijs indulgencijs et litteris apostolicis
generalibus et specialibus quorumcumque tenorum existant · eisdem transgressoribus
aut contemptatoribus vel quibusuis alijs comuniter vel diuisim a dicta sede con
cessis · eciam quod suspendi vel excommunicari aut eorum terre dominia ciui
tates ville castra opida · vel alia loca interdici non possint · eciam si de
ipsis vel eorum tenoribus esset in ipsis processibus mencio facienda specialis que
nec contra huiusmodi sentencias et processus quominus includantur in eis et per hoc
valeant se terras dominia ciuitates villas castra opida et loca
huiusmodi tueri · et que quantum ad hec tollimus et penitus reuocamus et insuper
mandamus ut huiusmodi presentes processus ad communem omnium noticiam deducat
cartas siue membranas processus continentes eosdem in maioris et sancti
Stephani Constanciensis ecclesiarum valuis affigi · qui processus ipso suo qi
pro commo · et patulo iudicio publicabunt ut predicti quos processus contin
nent nullam possint excusacionem pretendere vel ignoranciam allegare quod
ad eos processus huiusmodi non peruenerint vel ignorauerint eosdem cum non sit
verisimile remanere incognitum quod ad ipsos quod tam patenter fuit publi
catum Ceterum omnibus et singulis dominis patriarchis primatibus archiepiscopis episcopis
ceterisque locorum ordinarijs precipimus et mandamus ut ipsi et eorum quili
bet per se vel alium seu alios sub pena excommunicacionis quam ipsorum quemlibet
qui mandatis nostris huiusmodi transgressor et contemptor fuerit incurrere
volumus ipso facto presentes nostros processus per eorum vel cartarum aut mem
branarum seu transumptorum continencium eosdem quibus secum nostris processibus tan
tam volumus fidem adhiberi in ecclesiarum valuis seu alijs locis affix
ione publicent et prefatos transgressores et contemptores huiusmodi excommunicationis
et anathematizacionis sentencijs ligatos · ac terras ciuitates villas
castra opida et loca prefata huiusmodi ecclesiastico interdicto supposita · quam
primum ipsis vel eorum alicui de hoc licuerit constiterit tam diu in ecclesijs et
dominicis et alijs festiuis diebus dum ibidem fuerit maior populi multitudo
campanis pulsatis et candelis accensis et extinctis denuncient · et
interdictum huiusmodi inuiolabiliter obseruari faciant per censuras ecclesiasticas
et alia Juris remedia inuocato ad hoc si opus fuerit auxilio brach
ij secularis · donec ipsi transgressores et contemptores meruerint
ab excommunicationis et anathematizacionis sentencijs absolucionis beneficium obtinere
dictumque interdictum merito debuerit relaxari Non obstantibus omnibus supra
dictis seu si aliquibus coniunctim vel diuisim a sede predicta indultum

extitat quod interdicta suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas
non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi
mencionem Datum Constancie ij Nonas Julij anno a natiuitate domini Mille
simoquadringentesimodecimo quinto sede apostolica vacante Regnorum serenissimi
illustrissimi principis domini Sigismundi Romanorum et Hungarie etc. Regis
videlicet electionis quinto coronacionis primo Hungarie vero vicesimonono
¶ Porro quia non nunquam lingwa subdola plurimum impedit et perturbat
facta vel detractoria seminando quodque cum nimis graue sit tam grandem
christianitatis impedire profectum anime malediccione sit dignum Id circo ma
lignorum conatibus cupiens obuiare dicta sancta synodus omnes et singulos
sub obtestacione diuini Judicij admonet ne impedimentum pertur
bacionem prorogacionem vel dissolucionem huius sacri Concilij moliantur Siquis
autem scienter animo impediendi vel perturbandi hoc sacrum generale Concilium
verbo facto vel litteris palam vel occulte impedimenta perturbacionem proroga
cionem vel dissolucionem fieri procurauerit expietur vltione penali perpetrati faci
noris grauitatem et contra eum tamquam communis pacis perturbatorem rigide
procedetur cum ex hoc heresum extirpacionem pacis procuracionem et morum re
formacionem impedire videatur ¶ Cum hij qui intersunt in hoc sacro
generali Concilio pro communi bono tocius ecclesie congregato non debeant minori
prerogatiua gaudere quam quicunque alij quarumuis ecclesiarum negocijs quibus
libet vel vtilitatibus intendentes Ideoque tamquam causa reipublice absentes
debent pro presentibus merito reputari ad instar sacri Constanciensis concilij
in quo modo consimili extitit ordinatum prius concilium statuit ordinat
et decernit quod omnes et singuli qui in eodem Concilio tamquam ipsius suppo
sita sunt recepti vel recipientur imposterum ab eodem die quo iter arripue
runt ad dictum Concilium veniendi et quamdiu permanserint in eodem et
eciam recedentes per tantum tempus quo ad sua possint domicilia redire fr
uctus omnium beneficiorum suorum cum ea integritate percipiant cum qua eos per
ciperent si in ipsis beneficijs residerent non obstantibus in contrarium quibuscunque
¶ Quia vero ad prosecucionem huius sacri Concilij requiruntur officiales
et ministri Ideo deputat et ordinat notarios ad scribendum acta ipsius
Concilij Lucium de vissio secretarium domini legati et Rudolphum Sapiet
secretarium domini episcopi Gebennensis Et vt omnia eo directius ordinentur
quo maiori fuerint directa consilio deputat et ordinat venerabiles hen
ricum Nithart doctorem et Ludowicum Parisij licenciatum in decre
tis Decanum ecclesie beate marie Lete de anessiato dicte Gebennensis dyocesis
qui acta Concilij vniuersa per dictos notarios scripta aspiciant debiteque si
opam dabo · nō consulā quicq̄ sūmo pontifici nec sb' sc'bam nisi
scd'm deum et ꝯscīam meaz · que michi per sedem aplicam cōmissa fue
rint fidelr exequar cultuz diuinuz in ecclia tituli mei et eius bona cō
seruabo sic me deus adiuuet // PRO CONseruandis cardinaliū titu
lis quor aliqui tam in diuino quā cultu q̄ edificijs minuz p ch dolor
in obprobriuz sedis aplice et ipor cardinaliū collapsi st' statuit
stā synodus ut de redditibus et pnetibus t'rar Romane ecclie quor
medietas iux constitucoēm Nicolai ppē ad cardinales ut p̄dcm est
ptineat decima ps eius ꝯspectat ad quelibet cardinaliū p pprio ti
tulo singulis annis applicetur Et nichilominus uł in vita uł in morte

quilibet cardinalis tantum pro titulo relinquat unde aliter una persona su-
stentari possit. quod si non fecerit tamen pro hoc quam predicta decima parte bona omnia
ipsius cardinalis obligata sint usque ad debitam satisfactionem et ad executionem
huius oneramus primum cardinalem illius ordinis de quo ipse defunctus erat // Visi-
tet per se quilibet cardinalis presens in curia, absens vero per vicarium ydoneum
singulis annis tytulum suum clericosque et populum ecclesiarum subiectarum et cum di-
ligencia inquirat et salubriter provideat super cultu divino bonisque ipsarum ec-
clesiarum ac vita et moribus clericorum et prochianorum de quibus cum sue
sint oves in districto dei iudicio racionem redditurus est et tamen quo ad tempus vi-
sitandi quam quo ad alia servet constituta sunt in decreto nostro in conciliis
synodalibus et si quilibet cardinalium tam ipsa dignitas quam propria pungeat
pollicitacio pro meritis sanctis laborum operibus nichilominus ut eo effica-
cius res fiat quo singulis quasi peculiariter describuntur episcopi cardinales in-
dagare curent quod regiones heresibus erroribus supersticionibus novis aut
veteribus infecte sint, presertim ubi mores et divinorum mandatorum observancia
ac ecclesiastica disciplina deficiant Dyaconi qui reges ac principes seu populi
bellis agitentur vel agitari timeantur et tamquam apes argumentose tum
aput summum pontificem quam inter se ipsos diligenter et accurate negocia hec
sancta synodus premoneat operam dantes ut ubi necessarium fuerit salubriter reme-
dio provideat Ipse autem summus pontifex tamquam communis omnium pater non solum roga- | Vel et pastor
tus ac sollicitatus sed proprio motu ubique investigat — investigarique fa-
ciat et quantum potest omnibus filiorum morbis salutarem conferat medicinam Sic
quam propriam quod absit negligentem aut remissum seu agentem que non decet
Ipsi cardinales insperexerint filiali reverencia a caritate tamquam patrem oble-
crent ut officio pastorali, Domini que ac debito suo satisfaciat Et primo
quidem aliquis vel aliqui de per se Deinde si se non corrigat omnes colle-
gialiter arcessitis quibusdam notabilibus prelatis predicentes quod si non
abstinuerint proximo concilio generali deferent nec pro salute ipsius pontificis
et bono publico eius odium vel quidquid aliud timeant. Dum tamen reveren-
ter et caritative id agant multomagis si aliquem ex cardinalibus aliquid perperam
seu reprehensione dignum facientem propria cognoverit primo semper caritate
et iuxta doctrinam ewangelicam corrigat ut sit alter in alterum pater in filios et fi-
lii in patrem caritatis opera exercentes ecclesiam dei exemplari ac salubri mo-
deramine gubernent // Prelatos et quoscumque alios insignes presertim
viros ad curiam Romanam proficiscentes Cardinales benigne ac honori-
fice tam publice quam privatim et pro eis apud summum pontificem eorum negocia
gratis ac liberaliter recommissa faciant Et cum ei qui communis est omnium pater cardi-
nales assistunt personarum acceptores fieri vel ad notos valde indecens est
propterea interdicit hec sancta synodus ut tamquam iudices collaterales partialitatem
nullam accipiat. etiam si de terra partiali originem ducant. nec sint princi-
pum aut civitatum seu aliorum communium quesitu pro vel sine partiales protecto-
res aut defensores sed exuti passionibus omnem in sedandis concordia vel
iusticia litibus prope assistant. principum autem quoniamque presertim pauperum
et religiosorum gratis et sine ullo questu promovere iusta negocia tamquam
caritatis opus persuadit hec sancta synodus et commendat Cum affabilitate et
benignitate servat cardinales gravitatem ac modestiam que hunc congruunt

dignitati · pietate aut q secdm aplm ad omnia utilis est semet ad omnes
affines suos presertim bn meritos aut paupes quamq negligere no debeat
no tamen ipos ita opum aut beneficiorum multitudine accumulet ut alij
inde scandalum paciant. caveant ne bona ab ecclijs profecta ult qm ne
cessitatis ro postulat in carne et sanguinem effundant · cum tales sic am
bulare in magnis pontifex inspexerit arguat atqz obiuret · ut decet
neqz enim culpe erit expers · si mr officium sum corrigenda no corrigat
familia mensa suppellex rerum et equorum tam ppe qm cardinalium nec
numositate nec fastu aut pompis neqz aliquo excessu rephensibiles
sint ita domum · et q in domo sunt moderate compant ut alij no scan
dalum sed frugalitatis exemplum cape possint / TAM summo pontifex et
cardinales qm ceti epi constitucom bti Gregorij in gnali synodo editam
servare studeant cuius tenor hic est · quam hec sta synodus innovat
cum pastoris vita exemplo debeat esse disciplis plerumqz clici quales in
secreta sit vita sui pontificis nesciunt · quam tamen seculares pueri
sciunt · de qua re psenti decreto statuimus · ut quidam ex clicis ul eciam ex mo
nachis electi in ministerio cubiculo pontificali obsequantur · ut is q in
loco regiminis est tales habeat testes q veram eius in secreto conversacom
videant · et ex sedula visione exemplum profectus sumat pastoral · eciam ppe
verba advertant dicentis epi lectoni et oracoi vacet et semp pbros et
dyaconos et alios boni testionij clericos habeat · ut secdm aplm et scorum
patrum instituta possint irrephensibiles inveniri / NON expedit rei publice
ut cardinalibus quos rebus arduis ulis ecclie intentos fore optet · alie
cause q electoni ecclarum cathedralium aut monasteriorum ul pricipum aut
universitatum seu siles p papam aut cancellarium delegentur : minores
igr litigiose cause in auditorio rote · qd ad hoc institutum e committantur
neqz papa neqz cardinales familiares suos qm munera accepturos ad con
firmatos ul promisos platos decreto mittant nec q p se facere no decet
p alios fieri paciantur / Cum aliqm factum e ut annulo p assignacom tituli car
dinalibus tradito post mortem eius aliq pecunie summam ul res alia debitoris
sius arripiat de certo no fiat · cum labores eorum pro re publica impensi
exequias si paupes forent pocius de publico mereant

Sequitur caplm de electon

LICET dudum hec sta synodus abolita p eam gnali omn ecclarum et dig
nitatum electivarum reservacom provide decreverit · ut pdictis ecclijs et
dignitatibus p canonicas electoes et confirmacom provide debet volens
eciam speciales seu pticulares ipam ecclarum seu dignitatum electivarum
prohibere reservacom p quas libera in eisdem eligendi et confirmandi facultas
impediri posset quoqz adusus hoc decretum Romanus pontifex nil attemptet
nisi ex magna ronabili et evidenti causa nec lris aplicis noiatim expri
menda Quia tamen contra ipius decreti mentem no pauca sine honore ca
gesta sunt Unde gravia hactenus successerunt · et graviora in dies time
tur scandala Cupiens hec sta synodus hijs obviare volens qz ut ipius
decreti mens · q fuit omne obstaculum a canonicis electoibus et confirma
coibus tollere suo frustret effectu statuit · ut electon in dictis ecclijs sine
impedimento aut obstaculo omo fiant · q causa cognita mr iur com

et dicti viri decreti dispocom cofirment vel infirment Verumtamen si forte a
liquam contingat electionem aliquam eciam alias canonicam fieri que in perturbacionem ec
clesie aut patrie vel boni publici vergere timeat summus pontifex cui ad
ipsum confirmacio delata fuit ex tali urgentissimam causam ad esse cog
noverit manifeste ea prius mature discussa ac parte plene defensa atte
dente postea Romane ecclesie cardinalium aut maioris partis subscriptioni huiusmodi
causam veram sufficientemque attestancium fore reiecta tali electioni ad capitulum
vel conventum remictat ut infra tempus Juris vel aliud iuxta loca distanciam
ad aliam ex qua evenire talia non formident electionem procedant

De reservacionibus

Et quia multiplices ecclesiarum et beneficiorum hactenus facte per summos pon
tifices reservaciones non parum ecclesiis onerose extiterunt ipsas omnes tam
generales quam speciales sive particulares de quibuscumque ecclesiis et beneficiis quibus
tam per electionem quam collacionem aut aliam disposicionem provideri solet sive
per extravagantem ad regimen et execrabilis sive per regulas cancellarie aut
alias apostolicas constitucionum introductas hec sancta synodus abolet statuens
ut de cetero nequaquam fiant reservacionibus in corpore Juris expresse clausis et — t Karoc
et hiis quas in terris Romane ecclesie directe vel utiliter dominii mediate vel
inmediate subiectis fieri contigerit dumtaxat exceptis

De clementinis litteris

Licet apostolicas vel aliis litteris quibuscumque aliquem dignitati beneficio aut Juri
cuicumque renunciasse aut privatum esse seu aliquid aliud egisse per quod Jus proprium
auferatur narratum sit huiusmodi littere in hiis non preiudicent eciam si super ipsis gra
cia vel intencio narrantis fundetur nisi per testes aut alia legittima constiterit
documenta Datum Basilee in sessione publica ecclesie maioris Basiliensis sol
lempniter celebrata Anno a nativitate domini M cccc xxxvi die xxiiij mensis marcij

Sequitur sessio de Indulgencijs sacri concilii
Basiliensis et est vigesimaquarta in ordine

14. IV. 1436

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legittime congregata
universalem ecclesiam representans ad perpetuam rei memoriam Quia ambasiatores nostri
nuper ad Constantinopolim transmissi vice et nomine eiusdem sancte synodi serenissimo
Imperatori Romeorum et Reverendissimo patriarche Constantinopolitano promiserunt nonnullas certas pro
miserunt capitula alias in hac sancta synodo super modo unionis et ycumenici utrius
que ecclesie concilii celebrandi hincinde conclusa et firmata dare et cum effectu
exhibere sub consueta huius sancte synodi Bulla plumbea data presenti et sub tenore
de verbo ad verbum subsequenti Nolens hec sancta synodus obmictere aliquid eorum que
pro unione ecclesiarum christi fieri possunt dictam suorum ambasiatorum promissionem
presenti decreto acceptat approbat ratificat et confirmat et prefata capitula de
verbo ad verbum sicut per prefatos ambasiatores promissum est presentibus inseri sub te
nore qui sequitur Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legittime
congregata universalem ecclesiam representans ad perpetuam rei memoriam Cum inter
cetera toti populo christiano necessaria opera propterea que hoc presens sacrum concilium extitit con
gregatum unio occidentalis et orientalis ecclesiarum christi precipuum et maximum
sit merito pro hac perficienda ab inicio sue congregacionis omni conatu laboravit et
enim quod primum potuit ad serenissimum Imperatorem Grecorum et Reverendissimum patriarcham

Constantinopolitanum cum litteris suos transmisit ambasiatores ad ipsos cum omni caritate et instancia exhortandos quatenus et ipsi cum plena potestate mitterent aliquos qui nobiscum tractarent de modo dictam sanctam unionem consequendi. Qui mox ut requisiti fuerunt tres insignes viros de hiis qui apud eos magne videntur esse auctoritatis, quorum primus ipsum imperatorem consanguinitate attinet, ad hanc sanctam synodum destinarunt sufficienti ipsius imperatoris mandato cum bulla aurea et eius manu propria subscripto ac patriarche litteris munitos, qui tamen in generali congregacione quam coram concilliaribus nostris ferventissimo ipsius imperatoris ac patriarche tociusque ecclesie orientalis ad hanc unionem desiderium exponentes. Nos vero in modum ad tam sancti operis prosecucionem pulsant ac cottidie excitant, dicentes inter alia firmiter constanterque asserentes unionem ipsam nisi in synodo universali in qua tam ecclesia occidentalis quam orientalis conveniat fieri nullatenus posse et in ea synodo si fiat ut infra conventum est ipsam unionem secuturam sperari. Hiis auditis summa nobis leticia et iocunditas animum accessit. Quamobrem omnem cogitatum nostrum iactantes in deum qui facit mirabilia magna solus, venerabiles sancte Romane ecclesie cardinales presidentes sedis apostolice, patriarcham Anthiocenum, archiepiscopos, episcopos, abbates, magistros et doctores in numero competenti deputavimus ut una cum ipsis Grecorum ambasiatoribus rem istam tractare et quo ordine ad execucionem deducenda esset prospicere deberent. Qui tamen inter se quam cum ipsis oratoribus sepe numero convenientes habito inter se maturo et digesto consilio ad infra scripta cum ipsis devenerunt capitula, que postea secundum morem huius sacri concilii per sacras deputaciones mature deliberata ac deinde per generalem congregacionem conclusa firmataque solempniter extiterunt. Quorum tenor una cum mandato ipsius domini imperatoris sub bulla aurea sequitur et est talis: Ambasiatores serenissimi domini imperatoris Grecorum etc. ut in decreto concilii latius continetur. Et quia tempus superius expressum infra quod predicta debebant adimpleri effluxit non propter defectum alicuius partium sed quia ita contigit variis intervenientibus tractatibus, hec sancta synodus tempus per prefatos serenissimum imperatorem Grecorum et reverendissimum patriarcham Constantinopolitanum parte ex una et ambasiatores huius sacre synodi parte ex altera statutum et firmatum quod est a mense mayo immediate sequenti ad annum, ita quod per totum mensem mayi ad annum sequentem utraque pars teneatur sit parata ad exequendum supradicta quantum ad quamlibet partium attinet acceptat et promittit se impleturam quantum ad ipsam pertinet infra dictum tempus quicquid in supradictis capitulis continetur.

Sequitur bulla salviconductus data domino imperatori
Grecorum et patriarche Constantinopolitano cum eorum adherentibus

Sacrosancta generalis synodus Basiliensis in spiritu sancto legittime congregata universalem ecclesiam representans. Quia auctore domino in regione nostra occidentali et obediencia ecclesie Romane est universalis et ycumenica synodus celebranda in qua iuxta concordata in hac sancta synodo et in Constantinopoli domo ratificata tam occidentalis quam orientalis ecclesia conveniet, ut cunctis erga eandem ecclesiam orientalem nostre intencionis sinceritas pateat et omnis suspicio que contra securitatem et libertatem venienciam oriri possit de medio auferatur, tenore presentis decreti. Hec sancta synodus Basiliensis nomine et vice tocius ecclesie occidentalis et omnium de eadem ecclesia cuiuscumque status

etiam si papali imperiali regali pontificali vel quacumque alia inferiori spirituali vel secu-
lari prefulgeant dignitate potestate vel officio decernit dat et concedit serenissimo impera-
tori Grecorum Reverendissimis patriarchis Constantinopolitano Alexandrino Anthioceno et Jerosolomitano
ceterisque usque ad numerum septigentarum personarum etiam si imperiali regali archiepiscopali et
episcopali et cuiuscumque alterius status dignitatis aut condicionis fuerint ad predictum
universale et ycumenicum concilium in regione occidentali ut premittitur cele-
brandum venientibus aut venturis plenum et liberum salvum conductum omnesque predictos et quem-
libet ipsorum tam in personis quam in honoribus et rebus quibuscumque ipsorum in omnibus
regnis provinciis dominiis territoriis comitatibus civitatibus castris oppidis villis
et omnibus locis obediencie nostre ecclesie occidentalis per que sive eundo sive stando et
sive etiam redeundo transituri sunt aut eos transire contigerit in suam tutam secu-
ramque salvigwardiam recepit et recipit per presentes promittens et concedens
omnibus et singulis ex ipsis hoc presenti edicto synodali tutam et liberam facultatem
accedendi et veniendi in et ad civitatem seu locum in qua seu in quo erit
dictum sacrosanctum universale concilium celebrandum ibique standi morandi residendi et
habitandi cum omnibus immunitatibus libertatibus et securitatibus quibus illi qui
erunt de obediencia ecclesie Romane habitabunt disputandi etiam et raciocinandi
iura et auctores allegandi et omnia alia libere et sine cuiuscumque impedimento
dicendi faciendi et tractandi que pro unione ecclesiarum Christi expediens videbitur
et oportunum Inde etiam semel et pluries et tociens quociens eis et cui-
libet eorum videbitur et placebit simul et separatim et cum eorum bonis rebus
pecuniis et sine prohibito recedendi et redeundi tute libere et impune et
omni impedimento reali et personali cessante penitusque remoto etiam si talis
unio quod absit non sequeretur nec effectum haberet quo casu et momez alium
prefati serenissimus imperator dominus patriarche et alii superius nominati nostris duntax-
at expensis et galeis absque aliqua dilacione temporis omnique remoto impe-
dimento cum eisdem honoribus benivolencia et caritate quibus ad prefatum universale
celebrandum concilium deducuntur Etiam si et Constantinopolim reducentur
sive unio sequatur in dicta celebranda synodo ycumenica sive non Non ob-
stantibus in predictis vel aliquo predictorum quibuscumque differenciis discor-
diis et dissencionibus ad presens vigentibus et que in futurum oriri et vigere
possent inter dictas ecclesiam occidentalem et orientalem seu inter ipsam ecclesiam Ro-
manam et ei subiectos et aggregatos et prefatum serenissimum imperatorem
et alios ecclesie Constantinopolitane aggregatos et non obstantibus ali-
quibus sinistris dictis condempnacionibus iuribus et decretalibus quomodocumque
et qualitercumque factis et prolatis seu fiendis Et etiam non obstantibus aliqui-
bus represaliis et debitis publicis vel privatis Et non obstantibus aliquibus
criminibus excessibus culpis et delictis si qua per predictos vel alterum eorum quo-
cumque et qualitercumque commissa et perpetrata forent Et generaliter non obstantibus
quibuscumque aliis etiam si talia forent de quibus necessarium esset specialem in presentibus
facere mencionem Et si contingat aliquem vel aliquos ex nostris eis velle ali-
cui ipsorum iniuriari quod absit vel aliquam molestiam inferre in persona honore
rebus et aliis quibuscumque talis excedens iudicabitur per nos aut nostros usque
ad condignam et racionabilem satisfactionem parti lese et econverso si aliquis ipsorum
alicui ex nostris aliquam ut premittitur iniuriam inferat iudicabitur per eos usque
ad condignam et racionabilem satisfactionem et qui iniuriam passus est secundum morem

et consuetudinem utriusque partis. De aliis autem criminibus excessibus et culpis quibus-
cumque que lese per eum cognoscet et iudicabit de iure. Hortatur autem hec sancta synodus
universos Christifideles et nichilominus auctoritate universalis ecclesie in virtute spiritus sancti
et sancte obediencie mandat et precipit omnibus et singulis prelatis regibus ducibus
principibus officialibus communitatibus et aliis singularibus personis cuiuscumque
status condicionis et dignitatis existant nostre occidentalis ecclesie aggregatis
quatenus predicta omnia et singula inviolabiliter observent et quantum in eis observari
faciant, dictosque serenissimum Imperatorem patriarcham et alios omnes et singulos
antedictos ad dictum sacrum celebrandum concilium accedentes et inde rece-
dentes simul et divisim favorabiliter et reverenter honorent et tractent
ac honorari et tractari faciant. Si qua vero dubitacio circa dictum salvumcon-
ductum et contenta in eo oriri contingerit stabitur declaracioni predicte universalis
synodi celebrande. Vult autem hec sancta synodus presentem salvumconductum va-
lere et in suo robore permanere quousque ad ultimum dicti serenissimus Imperator
patriarcha et alii supradicti cum suis nobilibus et familiis usque ad numerum ut
permittitur septingentarum personarum aliisque rebus et bonis sint reversi in et
ad civitatem Constantinopolitanam. Si quis autem contra predicta aut aliquod predictorum aliquid facere
quoquomodo temptaverit indignacionem omnipotentis dei et dicte sancte synodi se no-
verit incursurum.

Aurea Bulla domini Imperatoris grecorum lecta
in sessione publica et congregacione generali

Quoniam fuerunt ab imperio meo et a sanctissimo domino ycumenico
patriarcha ambasiate ad sacrosanctam ecclesiam Romanam videlicet ad beatissimum
papam dominum Martinum quintum et ad modernum illi sanctissimum papam dominum
Eugenium eius successorem et ab ipsis consimiliter fuerunt multociens ad nos pro unione
ecclesiarum Christi et multis laboribus cum multa diligencia utrimque factis tamen
propter aliquas circumstancias temporaneas non pervenerunt ad finem tale bonum et sanctum
opus unionis. Post hec autem destinavit ad nos de hac ipsa re ambasi-
atores suos sacra synodus in Basilea congregata sacrosanctam ecclesiam
Romanam representans, propter quod et nos ad eam destinavimus videlicet familiares
Imperii mei Demetrium Paleologum Methothidem et honorabilissimum in
sacris monachis abbatem sacri monasterii sancti Demetrii Ysidorum et familiarem
Imperii mei Johannem Lascari Dissipatum, qui illuc accedentes ostenderunt
in ipsam quedam instructio ab ea tractari in pacificacionem et constitucionem universalis
et ycumenici concilii in quo instare est tractari et celebrari et perfici deo duce
predictam sanctam unionem. Quequidem hec ipsa synodus Basiliensis acceptavit
et promisit illa adimplere. Unde et ambasiatores suos ad nos destinavit
fratrem Johannem de Ragusio ordinis predicatorum professorem in sacra pagina ma-
gistrum, Henricum Menger decretorum doctorem canonicum Constanciensem
et Symonem Fieron sacre theologie baccalarium canonicum Aurelianensem cum
decreto ipsius generali in quo de hiis continebatur particulariter in capitulis. Perlecto
itaque tali decreto apud nos quedam ex hiis que continebantur in eo non
placuerunt nobis ut in ipso iacebant, presertim videlicet tale decreti et
capitulum in quo scribebatur de modo revisionis nostre a loco celebrandi concilii
ad Constantinopolim si preveniente deo quod absit non fiet unio ecclesiarum Christi
in tali synodo, quia non exprimebatur in eo de hoc determinate et manifeste predicta

aut ambasiatores videntes displicenciam et resistenciam nostram nec aliter
rem ipsam posse haberi progressum concesserunt et promiserunt curare in primis vide-
licet quod dicta sancta synodus dabit et exhibebit nobis capitula in dicto decreto
contenta cum plenario modo et forma quibus in litteris ipsorum promissorum continetur
et etiam reversionem nostram de synodo in Constantinopolim in casu quo non
sequeretur dicta unio quod absit facere et adimplere prout habetur in forma salvi-
conductus predicti. Hiis itaque sic progressis et inter nos concordatis pecierunt
et ipsi ambasiatores ut promictamus et nos absque contradictione ire et accedere
ad locum in quo celebrabitur deo concedente utrimque catholica et ycume-
nica synodus. Qui inquid locus esse debet unus ex nominatis in decreto
quemcumque ordinabit predictum sacrum concilium Basiliense sicut insuper dicto decreto
ipsius sacri concilii continetur. etiam quod exire debeamus hinc a Constantino-
poli in accedendo versus locum celebrandi ycumenici concilii a principio
sequentis Junii indictionis decimequinte sicut conventum est inter nos et ipsos
ambasiatores sacri concilii. et quia etiam ad maiorem cautelam et firmi-
tatem horum omnium pecierunt fieri litteram crisoboli imperii mei Imperium meum
grato omnino racionabili peticioni eorum annuens presens crisobolum largitur
et concedit per quod acceptat diffinit et promictit quod si dicta sacra synodus
Basiliensis remedium apposuit in predictis videlicet si predicta capitula insuper dicto
decreto contenta cum plenario in forma sicut hic per ambasiatores ipsius
synodi concordatum est nobis direxerit et compleverit omnia in eisdem capitulis
scripta oportune sibi et fecerit salvum conductum cum capitulo de modo reversionis
nostre ad Constantinopolim ut predicitur reliqua etc. ut ambasiatores ipsius
nobis promiserunt et nobiscum convenerunt exibit et Imperium meum cum deo
sine contradictione a Constantinopoli secundum predictum tempus cum patre sanctissimo domino
ycomenico Constantinopolitano et ceteris debentibus interesse ad acci-
dendum ad locum ubi celebrabitur sanctum catholicum et ycumenicum concilium
absque impedimento racionabili vero et manifesto etiam si bellum quod absit ab in-
fidelibus foret et instaret civitati nostre Constantinopolitane et in robur et firma-
cionem et conservacionem inmobilem subscriptorum iuravit Imperium meum per debitum
michi iuramentum tamquam christiano et fideli imperatori et per ordinem sancti
mei domini Imperatoris patris mei famosissimi et felicis memorie et
per animam meam firmumque est super istis presens crisobolum imperii mei in anno sex-
millesimo nongentesimo quadragesimoquinto in mense Novembris indi-
cionis quartodecime a nativitate vero domini nostri Yhesu Christi MCCCCXXXVI mense
Novembris

Sequitur Bulla domini patri-
arche Constantinopolitani

Quoniam destinati fuerunt ab humilitate nostra et potentissimo et sancto
meo Imperatore ambasiatores ad sacrosanctam ecclesiam Romanam videlicet ad
beatissimum papam dominum Martinum quintum et ad modernum sibi sanctissimum papam
dominum Eugenium sibi ab ipsis transmisse fuerunt multociens ad nos pro unione
ecclesiarum Christi et multis laboribus cum multa diligencia utrimque factis tamen propter
aliquas circumstancias temporaneas non pervenit ad finem tale bonum et sanctum opus
unionis. Post hec autem destinavit ad nos de hac ipsa re ambasiatores
suos sacra synodus in Basilea congregata sacrosanctam ecclesiam Romanam

repūtans ppr qd et nos uras ad eam destinamus videlicz familiares potentissimi et sti mei Imperatoris in spū sto dilcos filios hūilitatis videlicz demetrium paleologum methochidem et honorantissimum in sacris monachis abbatem sacri Monasterii sti Demetrii ysidorum et Johem lascari dissipatū qui illuc accedentes ostenderunt in ipam qdam ncōo ab eo tētam in reparacōz et ostitucōm vlis yacumenica concilii in quo ncce est tractari et celebrari et pfici deo duce pdcām scām vnionez Quequidē hec ipa synodus Basiliensis acceptauit et promisit illa adimplere Vnde et ambasiatores suos ad nos destinauit fratrem Johem de Ragusio ordinis pdicatorum pfessore in sacra pagina magrm hemricum menger decretorum doctore canonicū Constancien et symonez fieron sacre theologie Bacalar et canonicū Aurelian cum decreto ipius gnali in quo de hys otinebat ptīcularit in caplis plecto itaqz tali decreto apud nos quod ex hys q otinebantur in eo nō placuerūt nobis ut in ipō Jacebat phemium videlicz talis decreti et caplm in quo scribebatur de mō reunionis nre a loco celebrandi concilii ad constantinopolim si pmittente deo qd absit nō fieret vnio ecclesiarum xpi in tali synodo quia nō exprimebatur in eo de hoc determinate et manifeste predicti aūt ambasiatores videntes displicenciam et resistenciam nram nec aliter rem ipam posse hre pgressum concesserūt et pmiserūt curare in pdcīs videlicz qd dcā sta synodus dabit et exhibebit nobis capla in dicto decreto otenta cū phemio mō et forma quibus in lris ipōrum pmissionis otinet et ēcia reunionez nram de synodo ad constantinopolim in casu quo nō sequet dca vnio qd absit facere et adimplere p ut hēt in forma saluiconducti pdā hys itaqz sic pgressis et inter nos ocordatis pecierūt et ipi ambasiatores ut et pmictamus et nos absqz contdictōe nre et accedē locum in quo celebrabit deo concedē vtriusqz catholica et yacumenica synodus Quinquidē locus esse debet vnus ex nominatis in decreto quicuqz nominabit pdcām sacrum concilium Basilien sicut i supdcō decreto ipius sacri concilii otinet ēciam q exire debeamus hinc ad constantinopolim in accedendo ipsius locus celebrandi yacumenica concilii a principio sequentis Junii Indictōis decimequinte sicut oventum ē int nos et ipos ambasiatores sacri concilii Et quia ēciā ad maiore cautelam et firmitatem horum omnium pecierūt fieri sigillum nre hūilitatis hūilitas nra grato aīo racionabili peticione eorum annuens psens sigillum p qd in spū sto disponit qd si dcā sacra synodus Basilien remediū apposuerit in pdcīs videlicz si capitula in dcō decreto otenta cū phemio in forma sic hic p ambasiatores ipius synodi ocordatū est nobis dixerit et copleuit omia in eisd caplis scripta optime simil et fecerit saluiconductū cū caplo de mō reunionis nre ad constantinopolim ut pdicat Reliqua ēciā ut ambasiatores ipius nobis pmiserūt et nobiscū ouenerūt exibit et hūilitas nra cū potentissimo et sctissimo meo Imperatore cū deo sine otradictōe a constantinopoli scdm pdcām tps et cū ceteris debentibus int esse ad accedendū ad locū ubi celebrabit scām catholicam et yacumenicū concilium absqz impedimento racionali vō et manifesto ēciam si bellum qd absit ab infidelibus foret et instaret ciuitati nre constantinopolitane Et in Robur et ofirmacōm supdcōrum fctm est psns sigillum nre hūilitatis in mense Novembr Indictōis decimequinte Anno ab adam seu mundi ostitucōe sex millesimo nonagētesimo quadragētesimo qnto anatitate vō dni Mcccc xxxv

Sequit Bulla de Indulgencys

Sacrosancta gn̄alis synodus Basilien̄ in spū sc̄o l̄time ꝯgregata
vl̄em ecclam repn̄tans Vniuersis cristi fidelibus
salutem et omipotentis dei bn̄dictōm Vox illa iocunditatis et leticie ad
pplm israheliticū olim de celo lapsa eadem nunc p os huius sc̄e synodi
in auribus ppli xpiani insonans clamat Consolamini consolamini pple meus
dicit dn̄s deus vr̄ · loquimini ad cor Jrlm · et aduocate eam qm̄ comple-
ta est malicia eius et dimissa est iniquitas illius · Merito letari et con
solari te debes plebs xpiana cuibus nouissimis diebus tanta leticie cū
offert̄ quātam vix vnq̄ experta es vno enim eodemq; tpe plena ōim remissionem
peccatorum veniam ꝯsequeris · et fratres tuos quorum innūabilis
est multitudo qngentis ferme annis a tuo consorcio segregatos tibi ꝑprie
re vniri speras O quāta erit ista iubilacio O quā suaue cordibus xpianorum
oriet̄ gaudium Cum ꝑmū hoīes deo et ipi inter se fratna caritate conci
liabunt̄ · quas igr̄ xpo nr̄o ꝓ hac duplici leticia qua nulla maior deside
rari pot grās agemus Quis dnī minas ad plenū enarrabit qui pplm
xpianum varys vndiq; calamitatibus hoc tpe afflictum tanta gaudij no
uitate consolat̄ Ecce pple dei adest tibi ānus Jubileus · ānus remissio
nis omū peccatorum · ānus gn̄alis vnionis ecclie ꝓinde loquimū omibus xpi
fidelibus qui infra habitant Jrlm pegnante intus ad cor eos conso
lando · et advocate eos ad hanc duplicē leticiam · qm̄ malicia tam diutini
scismatis qd innūabilia ecclie sc̄e dei mala intulit auxiliante dn̄o ut cō
fidimus cito complebit̄ et finem accipiet · iniquitas quoq; pctorum · q̄ huius sc
ismatis et ire dei causa fuit dīna clemēcia remictet̄ Consurge igr̄ consur
ge induere fortitudine tua syon induere vestimentis gl̄e tue Jrlm ciui
tas sc̄a / quā fortis et gloriosa eris tunc mater ecclia cū omēs qui xpm̄ co
lunt ab occidente in orientem · eadē fidei et caritatis vinclo vinctos ꝯspi
cies · Ingemuisti hactenus nimio dolore afflicta cum asenissimus thurcas et
sarracenis alyosq; xpiani nois inimicas innumēs pateris iniurias iactu
ras ꝑsecucōes et obꝓbria · et nemo te cōsolari potuit cū passim vidēs filios
tuos oīs sexus etatis et dignitatis in seruitutem trahi · et qd seruitute de
terius est · plurimos ab vberibus tuis abstractos ad impium machometi cultum
ꝑduci · harum aut̄ calamitatum · quid aliud quā hoc diutinum ac pestiferū scis
ma cā extitit Sz diuino numere appinquat · iam tpus ut omī penitus
extincto dissidio vnitas sc̄a fiat · q̄ cum impleta fuit · atq; hy magni ppli oc
cidentales et orientales federe fraternitatis iunerit · nemo tunc fortitudini tue
resistē potit Tunc abiectis lugubribus cōsurges regina ecclia in vestitu
de aurato circūdata varietate et qui te olim ꝑsequētes cōculcabat ꝓcedet
coram te · et venient ad te qui detrahebant tibi · et adorabunt vestigia ves
tigia pedum tuorum Vos omēs qui xpiano nomine censemini exꝑgiscimini
iam talia audientes plaudite manibus et iubilate xpo saluatori nr̄o Ecce
nunc tpus acceptabile ecce dies salutis · ecce iam pr̄ miarum · et deus tocius
consolacōis visitat nos in habūdācia grē et felicitatis · Assurgite et occur
rite illi in humilitate spūs in oracōibus atq; elemosinarum largitate Vt qui ꝓpter
ꝑris iuste natus · tam diu hoc scisma durare passus ē · et multis ꝑse
cucionum flagellis ab hys qui intus · et ab hys qui foris sūt vos cedi ꝑmi
sit nunc purgatis et emēdatis indulgens sciam int̄ nos vnionē īspiret vni

tisq̃ nõ soluz pdita restauret· s; et vobis v̄ros subiciat inimicos· Audistis p̃
dem sollepnes ambasiatores semissum Jmpatoris Grecoꝝ et p̃riarce consta
tinopolitañ ab hac s̃ta synodo accersitos Basileam aduenisse et tandez deo
ꝓpicio ꝯclusisse nobiscũ modũ huiꝰ s̃te vnionis pficiende assensu s̃tissimi
dñi Eugenij pp̃e ~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~~ accedente vt videliꝫ ad synodũ [locum] vl̃t
tam in̄i q̃ sint archiepi̅ et epi̅ ipeq̃ [Jmpator et] p̃riarcha constantinopolitanꝰ aliiq̃ o
rientalis ecc̃lie p̃riarche accedat Vt aũt tanti opꝰ certiꝰ firmaret tres n̄ros
oratores postea constantinopoliz destinauimꝰ ut ab ipis Jmpatore et p̃riar
cha ratificacõm eoꝝ que hic sin̄ ꝯcluserãt ambasiatores obtinerẽt que oĩa
ipi Jmpator et p̃riarcha iux̃ n̄ri decreti capl̃a ratificarũt et ꝓbbarũt ac
l̃ras latino grecoq̃ sermone sc̃ptas· et eoꝝ manibꝰ subsc̃ptas bullisq̃ au
rea et plũbea munitas p viiij ex tribꝰ n̄ris oratoribus ad nos nuper
reuersuz trãsmiserũt Et ciz ad ipam synodũ [n̄ris expensis] trãspciri de ptibꝰ orientalibꝰ gre
ci ꝓficisci neqãnt opus fuit ut expensas inveniendo stãdoq̃ et redeundo
nec̃ias et quasdaz alias ꝓ tuicõe ciuitatis Constantinopolitanꝰ ne Jmpatore
ab sente [armigeris] forsitan expugnari posset pollicẽmur· et q̃q̃ hmõi impense nõnullis
graues videant̃· nos tamẽ aĩaduẽtentes q̃ntus dei honor et ꝓfectꝰ ecc̃le
q̃nta exaltacio fidei orthodoxe q̃ntũ incremẽtũ nõis xp̃iani q̃t multũ aĩaꝝ
salus· q̃nta q̃ utilitas et in ñũabilia bona pplo xp̃iano hinc foret ꝓuen
tura nõ soluz ipas inpensas s; et psonas ꝓprias fore exponẽdas dignũ
ẽẽ iudicauimꝰ spem ponẽtes in dñõ cuiꝰ negociũ agit̃ et i caritate ac deuo
cione fidelium· qui dũ talia intellexerint subsidijs et auxilijs oportunis nõ de
erunt Cui xp̃s deꝰ n̄r sãguinez suũ toto p̃ciosorez [mundo] ꝓ nr̃a redempcõe effudit cui eiꝰ
vestigia [secuti] appli atq̃ alij s̃ti viri ꝓ salute ꝓ ximoꝝ et i cremẽto fidei corpa sua
morti libent̃ obiecerũt· quid nos face̅ oportet· a quibꝰ nõ nisi caduca huiꝰ
mũdi subsĩa efflagitant̃ Cui reges ac pncipes ꝓ recupandis expugnãdis
q̃ ciuitatibꝰ et opidis multo amphore̅ sũmaz expone̅ soliti s̃t Cui demq̃
ꝓ agendis facultatibꝰ et vanitatibꝰ seculi se et sua multis piclis hoĩes subi
ciũt· et ut exemplo vtamur saluatoris· quẽns aliq̃s p̃ciosaz margaritã cuz
in venit ipam vendit oĩa bona sua et emit illaz Nõne ecc̃lia dei et vniũsꝰ
pplus xp̃ianꝰ face̅ hanc impensam potit et debebit ex qua nichil terrenum
nichil caducũ s; oĩa q̃ sup meõrauimꝰ bona succedũt Cui vna dũtaxat aĩa xp̃o
carior q̃ totiꝰ mundi aurũ· nos ubi multa miliũ saluãda sũt auari a neg
ligentes videbimur Cõsueuit a aliq̃n ecc̃lia ad libandũ de manibꝰ infideliũ
terraz s̃cam seu ꝓ debellandis hereticis Judice ḡnale passagiũ quociẽsq̃ re
ges et pncipes et alios bellatores ut armis ista pagẽnt nõn et palijs mi
tis ciuis ab oĩbꝰ xp̃ianis subsidiũ postulare· ad que ut ꝓmpciores efficeret
donis spũalibꝰ plenarie remissionis pc̃oꝝ inuitauit ꝓfecto si veteꝝ reuol
uant̃ hystorie nulla vnq̃ fuit cã iustior q̃ ista est nec ꝓ q̃ua xp̃icole oĩs se
et sua libenciꝰ expone̅ debent· hic eñ nõ solũ ad t̃ram recupandaz
intendit s; eciã multa miliũ aĩaꝝ ꝓ quibꝰ mediocre subsidiũ petit̃ vnde im
pense grecis ꝓmisse sine q̃bꝰ tam s̃cm opꝰ pficĩ nequit inueniri possit Quis
igit̃ ꝓ tanto vniũse ecc̃lie bono ꝓ que tanto aĩe sue merito porciunclam reꝝ
suaꝝ quas dono dei obtinet denegare audebit· O felice̅ et p̃ciosam elemo
sinã que regnũ celoꝝ ꝓmerebit̃· et que tantaz fidei catholice utilitatez
dabit O btm̃ illuz hoĩez que̅ dñs ad tam s̃cm opus inspirauit· huic quidez

sic sc̃ptum ē in die mala libābit dñs licet aut̃ ex debito xpiane pfessionis quisq̃ ad hoc
sanc̃ negociu̾ p viribus contribuere ac subuenire obnoxius sit Nichilominus ut eo liberaius
omnes faciant quo se hic et in futuro seculo pamplius remunerandos fore intellexe
rint Decreuit hec sc̃a synodus vlem viuentis eccl̃iaz sponsaz xpi affluenter apire
spūales thezauros quos ipē saluator ascendens in celum sibi reliquit Omnibus
igit̃ xpi fidelibus vtriusq̃ sexus qui ad hoc sc̃m opus tantum contribuerit quantum
quisq̃ vna integra ebdomada pro sue persone ac familie si eam habuit refectione
exponit vel si de ppriis viueret exponeret Religiosis quoq̃ p quibus suus conuentus
aut superior vel alius in̄r pdictam rōem erogauit omniu̾ suorum pctorum de quibus corde
cōtriti et ore confessi fuerit auctē omnipotētis dei et eius misericordia cōfisa illaz ple
nariaz remissionem impertit semel in vita et semel in mortis articulo quā eccl̃ia
concedē solet omnibus euntibus roma tpe Jubilei vel cruce signatis ad recupacionem
terre sc̃e tpe passagij gñalis et in retribucoē iustorum salutis eterne pollicet aug
mentum Jta tamen q̄ p annum integrum si vixerit singlis sextis ferijs impedimento
cessante: aut si dictis sextis ferijs ex pcepto eccl̃ie regulari obseruancia iniuncta
pnia voto vel alias ieiunare teneant vna alia die singlarum septimanarum eiusd
anni qua ad ieiunandum nō sint astricti ieiunet aut ad iudicium sui cōfessoris
in alia pietatis opa commutet ac eciam eadem die qua ieiunabit vel ut pmictitur
ieiunare deberent si sint clici septē psalmos vel missam si layci septē pr̃ nr̃ et
septies aue maria dicē sint astricti vel alia pietatis opa iudicio sui confessoris
agat Qz si conuentus tales sint qui nichil in coī possideant vel alie psone victu
vera mendicitate querentes seu alias contribuere nō valentes ne huius spūalis mune
ris sint expertes si ult̃ ieiunium ut pdicit̃ obseruandum singlis diebus vno anni
pdictos psalmos vel missaz si clici si layci pdictas orōnes cessante ltimo im
pedimento eo mō quo sup exprimitur supplendo dixerit vel alia pietatis opa
sui confessoris iudicio ut pmictit̃ exercuerint et p feli a huius negocij con
summacoē deum supplicat exorauerit Eandem plenariaz remissionem consequant̃
Erogantibus aut̃ ad idem opus quantum vna die p se suaq̃ familie expensis
vel si de ppriis viueret exponet septem annos et totidem quadragenas de
iniunctis sibi penitencijs elargit̃ Et ut hij omnes ad huiusmōi indulgencie grām
apciores existant omnibus sacdotibus secularibus et reglaribus alijs discretis quos
in cōfessores p huiusmōi consequenda indulgentia elegerit indulget ut confessionibus
eorum auditis ipos a quacumq̃ excōm suspensione et interdicti snīa a jure vel
constitucoē seu eciā nō noiatim sed gñali ab homine lata et a quibuscumq̃ alijs
ppr̃ que eciā sedes aplica esset merito consulenda Jmposita satisfactione et re
stitucoē hijs quorum int̃ est facienda salutarem iniungant pniam et debite ab
solucionis in foro pniali dumtaxat in forma eccl̃ie bñficium impendat qua sa
tisfactionem et restitucōm si infra tempus a confessore statutum facē neglexerint
huiusmōi indulgencia in nullo suffraget̃ ac cum clicis sup irregularitate occulta
alias quam ex bygamie vel homicidij voluntaria cā contracta dispensent Sup
votis votis veō pegrinacoīs seu abstinencie aut alijs similibus q̄ ipi fideles emi
serint Eciaz si ultra marina aut alia loca seu limina scōrum petri et pauli ac
iacobi aplorum visitare vouerint seu alias nō impletis dispensandi eisdem con
fessoribus eciaz facultatem concedit Jta tamen q̄ ipi cum quibus talis dispensacō con
tinget expensas quas ad loca huiusmōi vel p alijs votis implendis in̄r iporum cō
fessorum taxacōm fecissent ad hanc causam contribuant Et ut nulla umq̄ peti
rubigo remaneat Vult et indulget hec sc̃a synodus ut quicumq̃ ex usurarijs

vel non debito questu seu qualitercumque illicite vel indebite aliquid perceperit seu bona ablata aut quevis incerta possideat, si non extant vel ignorentur persone quibus facienda esset restitucio aut res quascumque tenentes cuiuscumque status seu religionis existant in quorum detencione consciencie eorum gravantur vel que de iure ad pias causas per ecclesiam debent exponi huiusmodi res et bona seu valorem necnon et qui arma vel alia prohibita infidelibus seu hereticis portaverint lucrum quod inde perceperint ad hoc opus iuxta suam et suorum confessorum conscienciam et extimacionem tradere teneantur. Iubet insuper eadem sancta synodus ut habita huius decreti noticia omnes dyocesani in cathedralibus collegiatis et parochialibus in quibus eis visum fuerit ac eciam generales ordinum mendicancium in conventualibus ecclesiis eis subiectis mox disponant quatinus verbum dei per predicatores ydoneos ad populum annuncietur predictas indulgencias publicando et fideliter exhortando ad subsidium [?] pressima [?] cum impendendum. Quibus predicatoribus et predicacionem audientibus ac eciam omnibus aliis qui circa predictam extimacionem subsidium aliquid vel auxilium in hac re dederint centum dies de iniunctis penitenciis singulis vicibus in forma ecclesie relaxat. Ne autem in colligendis et conservandis pecuniis fraus aliqua committatur ordinat hec sancta synodus quod in qualibet cathedrali in civitatibus in opidis vero et aliis locis in principali ecclesia unus cyppus truncus vel capsa ponatur ubi tamquam in gazophilacio domini quilibet pecunias erogandas ac iniuncta ac oblata seu illicite quesita reponere possit et debeat. Cuius sint tres tres claves quarum unam teneat episcopus vel cui ipse voluerit committere, pro quolibet trunco in omnibus locis civitatis et dyocesis capitulum aliam in cathedrali prelatus seu rector in principali tertiam timoratus aliquis vir quem civitas opidum seu locus deputare voluerit qui diebus per eos statuendis talem cippum truncum vel capsam coram notario vel duabus fide dignis aperiant personis et pecunias ad fidas manus deponant eas sine fraude diminucione vel contradictione illi vel illis assignaturi quas hec sancta synodus ad hoc deputaverit. Quod si in campestribus locis vel alibi periculum vel detrimentum in conservacione pecuniarum per modum superius expressum verisimiliter timetur dyocesani vel ad colligendum huiusmodi pecunias ab hoc concilio deputandi prout magis expediens visum fuerit utiliter provideant. Quicumque autem eciam si pontificali aut regali prefulgeat dignitate fraudem furtum sive rapinam circa predictas pecunias seu impedimentum ex proposito et maliciose in hoc sanctissimo opere fecerit ultra indignacionem omnipotentis dei et reatum superum sacrilegii sentenciam excommunicacionis incurrat a qua nisi prius facta plenaria restitucione et impedimento sublato absolvi non possit. Vult autem hec sancta synodus quod elapso biennio a die presentis decreti predicte indulgencie ac facultates nemini concedi valeant preterquam in mortis articulo quo ad illos qui infra biennium ut superius dictum est contribuerint quodque personis illis que sub spe huius gracie et indulgencie aliquid commiserint in nullo huiusmodi gracia ac specialis concessio suffragetur. Et quia difficile foret presentes litteras singulis exhibere decernit hec sancta synodus ut earum transumpto manu publica [?] archiepiscopi in tota provincia et ordinarii in sua dyocesi proprio sigillo munito tamquam litteris originalibus plena fides in omnibus exhibeatur. Datum Basilee in sessione publica huius sancte synodi in ecclesia maiori Basiliensi solempniter celebrata xviii kal. May anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo sexto etc.

Auscultata cum originalibus et
concordant [illegible] notarius

II